

6 / 79

IDIBVS IVNIIS

MCMLXXIX



RV MOR VARIVS



# RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris et  
a studiosis AKADIS editur

RVMOR VARIVS duodecies in  
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:  
(quotannis)

In Helvetia	Fr. 8.80
In Germania	DM 14.50
In Austria	GS 90.--
In reliqua Europa	Fr. 15.--
In terris trans maria sitis	Fr. 8.80*

\*et pretium  
mittendi

Speciminis exempla gratis  
mittuntur, ubi id rogatur

Collegium redactorum:

Ulricus Aeschlimannus  
Thomas Wichteremannus  
Heinz Hürzeler

Impressum et acceptio rerum  
legentibus publicandarum:

Franciscus Bachmannus

Typographum:

Copy Quick, Turicum

Domus editoria:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Institutum pecuniarium:

Societas Helvetica institu-  
torum pecuniariorum SHIP

Cento:

RVMOR VARIVS 806.134 J 1 A

RVMOR VARIVS wird von den  
Lehrern und Studierenden  
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint  
12 Mal jährlich

Auflage: 330

Abonnementspreis:  
(jährlich)

Schweiz	Fr. 8.80
Deutschland	DM 14.50
Oesterreich	GS 90.--
übriges Europa	Fr. 15.--

Uebersee Fr. 8.80\*

\*zuzüglich Porto

Einzelne Probenummern kön-  
nen gratis bezogen werden

Redaktionsteam:

Ulrich Aeschlimann  
Thomas Wichteremann  
Heinz Hürzeler

Graphik und Layout:

Franz Bachmann

Druck:

Copy Quick, 8001 Zürich

Verlagsadresse:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Inserate, Korrespondenz:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Bankverbindungen:

Schweizerische Bankgesell-  
schaft SBG

Konto:

RVMOR VARIVS 806.134 J1A

# PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus s.d.p.

Vobis primum pauca de rebus scribam, quae ad fu-  
turam editionem RVMORIS VARIII pertinent: Libel-  
lum usque ad finem anni MCMLXXIX semper tempore  
consuetudinem sequente, i.e. mensualiter, acci-  
pietis. Ab anno MCMLXXX autem tantum sexies sin-  
gulis annis, i.e. bimensualiter, edetur. RVMOR  
VARIVS, quamquam hoc novo modo rarius apparebit,  
tamen plenior partium ratarum manu legentium  
scriptarum erit. Erit in libello eo modo maior  
variatio, ob eam rem maius gaudium legendi vobis!  
Pretium libelli subnotandi idem manebit atque  
adhuc fuit, quia copia nuntiorum RVMORE VARIO di-  
vulgatorum singulis annis non mutata erit. Et vos  
aenigmata amantes ne irascamini! Offeret novus  
modus edendi libellum etiam vobis aliquod commo-  
dum, quod praemia solutionibus nobis missis rec-  
teque confectis attributa quamquam rarius attri-  
buentur, tamen pretiosiora erunt, quia maior co-  
pia aeris servari poterit, qua praemia a nobis  
ementur.

Nunc de pauca alia scribam. Legistisne partes fa-  
bulae de asino docto a Barbara Meiera scriptae,  
quae adhuc in RVMORE VARIO divulgatae sunt? Finem  
huius fabulae in hoc libello invenietis! Ceterum  
vos certiores facio nos hanc fabulam totam editio-  
nem seperatim vulgatam brevi tempore ante sollempni-  
cia natalicia Iesu Christi gratis omnibus, qui RV-  
MOREM VARIVM subnotaverint, missuros esse! Fortas-  
se nonnulli magistri inveniuntur, qui hanc fabulam  
cum discipulis in schola edere velint! Valet!

Ulricus Aeschlimannus redactor

# EPISTVLÆ 'RVMORI VARIO' SCRIPTÆ

Vicus Lacus Palustris, a.d.III.Id.Iun.  
anni MMDCCXXXI. a.u.c.

Martinus RVMOREM VARIVM legentibus salutem!

Gratias agam multas omnibus his, qui litterulas meas de linguae Latinae usu hodierno legerunt, praecipue autem RVMORIS VARIII redactoribus ob eorum epistulam mihi ipsi missam.

Laeto itaque corde iterum habeo, quae publicentur. Paucum enim sive nihil valent verba, multum autem bonum exemplum ac lectores a me hortante, ut carmina componantur Latina, postulabunt, ut ipse verba in versuum formas fundere conaturus sim. Linguam Latinam non antiquis modo vixisse temporibus, sed etiam hic et nunc adhiberi posse demonstrandi cupidus non priscis, sed modernis modis metricis usus nullis carminibus novis inventis nonnulla carmina Helvetico notissima cuique in sermonem Latinum verti.

Quorum mihi optime placet custodis ille cantus Munotem turrin custodientis et a puella quadam perfida decepti:

TVRRI ALTA DE MVNOTIS TENEBRAS PERSPICIO  
SVPER CAMPOS, PRATA, TECTA. VRBIS CVSTOS SVM EGO.  
TACITVRNAE RHENI VNDAE, TACITVRNA EST SILVA,  
PLANGIT SED IN CORDE MEO VIS AMORIS AETERNA.

SONA, TINTINNABVLVM, SALVTA AMICVLAM,  
SONA, TINTINNABVLVM, BIM, BAM, BIM, BAM, BIM!

TVRRI ALTA IN MVNOTIS EAM VIDI VLTIMVM  
PERGAVDENTEM ET RIDENTEM, CVM IISSET SALTATVM.  
EGO AVTEM CVSTODIVI, QVANTA FRAVS EST IN MVNDO!  
OSCVLATA EST PVELLA, DVM HORAS ADVNTIO.

SONA, TINTINNABVLVM, SALVTA AMICVLAM,  
SONA, TINTINNABVLVM, BIM, BAM, BIM, BAM, BIM!



CVM VIDISSEM TVRPE FACTVM, TRAXI SAEVVS LAQVEVM,  
HORAM DIXI, VT SALTARET PARVVM TINTINNABVLVM.  
EX QVO TAM TRISTITER SONAT EXPLENS CORDA HOMINVM,  
LACRIMAE VT EXPRIMANTVR OCVLIS AVDIENTIVM.

SONA, TINTINNABVLVM, SALVTA AMICVLAM,  
SONA, TINTINNABVLVM, BIM, BAM, BIM, BAM, BIM!

SIC AVDIENDA EST QVERELA ET AMICVLAE MEA.  
FALSIS OMNIBVS PVELLIS PERSONET IN ANIMA!  
TINTINNABVLO SED DICO - HAEC TV TENE SECRETA! --  
FATEOR AMARE PVELLAM MAGIS ME QVAM ANTEA.

SONA, TINTINNABVLVM, SALVTA AMICVLAM,  
SONA, TINTINNABVLVM, BIM, BAM, BIM, BAM, BIM!

Spero non modo lectores Schaffhausienses hoc opusculo gavisuros! Valete!

Martinus Meier

# Aenigma

QVO PRAEMIUM ACCIPI POTEST!

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO  
MISSVM AD SORTEM REVOCABITUR!

DIES VLTIMA:IDIBVS QVINTILIBVS (15. Julii) EST!

PRAEMIA SVNT:

primum praemium: LIBER

secundum praemium: LIBER PARVUS

tertium praemium: LIBER PARVUS

ad libram:


1. faber, qui lapides sculpsit
7. enare (1.pers.sg.)
8. attamen (alter verbum)
9. instrumentum, quo circulus trahi potest
12. loci, in quibus aves parvuli habitant
13. lege statuitur
14. domus, qua consilia habentur
16. celer
17. atque
19. is est, qui reliquitur
22. dea
23. ..quam  $\hat{=}$  uspian
24. nec ... nec ratione
26. neque dormiens neque vigilans

ad perpendiculum:

1. homo lecticam portans
2. aula magna domus Romanae
3. deinde (alter verbum)
4. unius anni
5. particulum aeris
6. iratus
10. Inuus (deus), gen.
11. dominus (lingua Britannorum)
15. ...iam  $\hat{=}$  mox
20. exsistere
21. ..., ea, id
23. ex ... esse  $\hat{=}$  prodesse
25. nummus

1		2		3	4	5			6
	■		■	7			■	8	
9	10						11	■	
			■	12					
13			■		14			15	
16							■	17	
	■		■		18				
19	20		21					■	
22				■			■	23	
24			■	25	■		■		
26									

# ASINVS DOCTVS VEL SAPIENTIA INVICTA



FABVLA A BARBARA MAIERA INVENTA

Titus: Salve matercula!

Pomponia: Tace stupide, semper stulte respondes!  
(zum Lehrer) Rufus agricola, estne hic?

Rufus: Non sum!

Pomponia: Male factum, ubi es?

Rufus: (verlässt sein Versteck) Salve cor meum!

Pomponia: Fabulae!

Asinus: (aus dem Versteck) Salve mel meum!

Pomponia: Asinus etiam hic est! Monstra te monstrum!  
Der Esel zeigt sich, Gallus folgt ihm.

Gallus: Salve etiam atque etiam, dominarum optima!

Pomponia: Cavete pessimi! (sie verfolgt die beiden) Nihil aliud facio nisi laboro. Vos autem otio vos datis, ludosque facitis atque luditis quidem me!

Rufus: (ausser Atem) Obsecro mihi ignoscas, dulcissima!

Asinus et  
Gallus: (ebenfalls ausser Atem) Ignosce, optima!

Pomponia: Prae iracundia non sum apud me!

Magister: Noli tumultuari!

Pomponia: (zu Rufus) Statim responde: cur non laboras?

Rufus: Culpa non est in me, optima. Asinum servumque quaesivi qui terras peragrarare atque litteris studere volunt.

Pomponia: Fabulae!

Gallus: Non sunt fabulae, litteris studebimus, ut suaviter vivamus.

Pomponia: Age, inepte, abite recte domum!

Discipuli: Nos autem asinum retinemus, ille semper nobiscum erit!

Asinus: (weinend) Numquam vos relinquam, discipuli!

Titus: (weinend) Asinum non dimitto!

Pomponia: Res redit ad restim!

Rufus: Nunc, quo me vertam, nescio. Asinus plorat, discipuli implorant, uxor filiusque domum clamoribus impleunt.

Magister: Res vestra mihi curae est. Ad quid hac lis conducit? Vobis hoc consilium do, ut pacem habeatis. (zu Rufus und Pomponia) Servus asinusque vobiscum domum redeunt et in agris villaque laborant. Vos autem eis conceditis, ut ad scholam veniant et, me duce, in litteris perseverent. (zu Gallus und zum Esel) Dominos vestros non relinquitis et simul assidui in studio estis!

Discipuli: Eheu, magister noster vir ingeniosus est. Vicimus!

Asinus: Laetus istud audio.

Pomponia: Res mihi placet et rata esto!

Gallus: Bene contentus sum!

Rufus: (zum Lehrer) Omnes contenti sunt, equidem gratiam tibi habeo et habeo, quod vivam, maximam. Nunc quidem fortuna nobis est. Ergo omnes voco ad cenam sumptuosam!

Magister: Libenter me venturum promitto!

Asinus: Ego gratias!

Gallus et  
Discipuli: Gratiam habemus maximam!

Rufus: Rufus zu den Schülern, zu Gallus und zum Esel.

Rufus: Apportate rosas et violas, ornate ianua et sellas... Hodie non in egestate vivimus!

Die Schüler, Gallus und der Esel gehen hinaus: Maximam operam dabimus. Euhoe, gaudeamus!

Titus: (geht ab) Valeant curae!

Pomponia: Valebis tu quoque... (zu Rufus und Lehrer) Apponam epulas. Indulgebimus genio (sie geht ab)

Rufus: Sequere me, magister! Utrum mavis vinum rubrum an candidum?

Magister: Parvi interest, quem habeat colorem, si sapiat bene!

Sie lachen.

Magister: Magister semper sententias concludit, itaque ego epilogum facio. Hisque oculis vidistis. Homo doctus saepe bonum consilium dare et controversias dirimere potest.

Sapientia enim omnes difficultates vincit!


Rufus: Valet omnes et plausum date sapientiae!



Rufus: Ergo omnes voco ad cenam sumptuosam



Omnes: Maximam operam dabimus. Euhoe gaudeamus!



LEGENDO HANC PARVAM SENTENTIAM DEMONSTRAS ETIAM  
EAS RES, QVAS VENDERE VELIS? PVBLICANDO IN RVMO-  
RE VARIO A LEGENTIBVS COGNOSCI!

ETIAM SVBNOTARI  
POTEST!

SVBNOTATIO IN  
VNVM ANNVM

VORTEILHAFTER IM  
ABONNEMENT!

JAERLICHER ABON-  
NEMENTSPREIS

FR. **8.80**

HELVETIA / SCHWEIZ

SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus.  
Hic sunt, qui primum, secundum. tertium praemium  
accipient:

primum praemium:

Herr  
Max Müller-De Vries  
4143 DORNACH

secundum praemium:

Fräulein  
Regula Küng  
4056 BASEL

tertium praemium:

Herr  
Victor Bieri  
6072 SACHSELN

1	A		2	U		3	D	O	C	T	U	5	S	
	M		6	M	A	E	R	O	R				A	
7	P	8	A	B	U	L	U	M				9	I	R
10	H	U	R			I			11	P				T
12	I	R	A			13	C	L	O	A	15	C	A	
16	T	A	C	I	T	U	S						O	G
17	H	E	U			18	U	N	I			19	N	O
	E		20	L	21	I	M	A	T	22	U	S		
23	A	24	V	U	M				25	I	T	26	E	R
27	T	E	M	P	E	28	R	O				29	N	E
	R	S		L		A							S	P
30	U	T	R	O	Q	U	E						I	A
31	M	I		R		C			32	C	O	R		
		33	S	34	T	A	T	35	U	A				A
36	T			37	A	T		S	R			38	A	B
39	E	I	C	I	O			40	U	R	B	I		
	R		41	E	O			42	A	L	A			L
43	R	E				45	I	R	A			46	I	I
47	A	R	C	H	I	M	E	D	E	S				

# Ihre Bank: Bankgesellschaft



Schweizerische Bankgesellschaft

SVBNOTO RVMOREM VARIVM:  
Ich bestelle RVMOR VARIVS für mich:

SVBNOTO RVMOREM VARIVM  
DONVM DATVM ALICVI  
(Factura subnotationis  
mittenda est ad adres-  
sam supra stantem)


Ich bestelle RVMOR VARIVS als Ge-  
schenk für jemand andern:  
(Mit Rechnung an obige Adresse)

RVMOR VARIVS  
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE  
ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:



RVMOR VARIVS  
Postfach 883

CH- 8050 Zürich



AZ

8050 Zürich

6 / 79

IDIBVS IVNIIS

MCMLXXIX



RV MOR VARI

